

Hinc non sine scandalo mortua litera in impio esse dicitur.*

16. Nihil est in Scriptura S. quod non à Sp. S. sit inspiratum
2. Petr. I. 21. 2. Tim. III. 16. Impiissime itaq; asseritur, ibi conti-
neri errores aut Scripturam loqui ad erroneum vulgi captum.*

17. Manet nihilominus Scriptura verbum Dei, licet in alio
quam Spiritus S. sensu, accipiatur. Rom. III. 2.*

18. Haecenus pro novis revelationibus atq; Prophetiis,
neq; ex Scriptura S. neq; aliunde firma allata sunt argu-
menta; potius illas fugiendas esse, in Scriptura monemur.
2. Theff. II. 9. Marc. XIII. 5. 6.*

19. Potest etiam irrogenitus verum habere Scripturae sen-
sum, qui omnino est salutaris, & tamen fidem non plenè aut
salutariter percipere. Luc. XII. 47. Act. XXVI. 28.*

20. In versione Bibliorum ultimato acquiescere, & versio-
nem vulgarem temerè derelinquere, æq; scandalosum est.*

DISP. III.

De Religione & Libris Symbolicis.

1. **O**ptimè B. Königius: Religio Christiana est ratio co-
lendi DEum verum fide in Christum & caritate erga
DEum & proximum, secundum verbum scriptum, ut ho-
mo à Deo avulsus Deo reduniatur. Act. XXIV. 14. 15. 16.*

2. Rejicitur itaq; Religionum Indifferentismus, qui soli
externæ pietatis studio salutem tribuit. I. Tim. III. 6. 2. Tim. I. 13.

3. Quavis verè religiosus sit omnino sanctus atq; pius,
Jac. I. 26., minimè tamen concludi potest, eum qui nobis
videtur sanctus atq; pius, esse verè religiosum Col. II. 18.

2. Cor. XI. 14. 2. Tim. III. 5. 6. †

4. Quamvis in Scriptura S. etiam illi, qui erroneam pro-
fitentur fidem, item, qui adhuc quoad antenus sunt carnales,
fratrum appellentur nomine, haecenus tamen non observa-
vi, hoc titulo insigniri illos, qui malitiosè & pertinaciter
veritatem coelestem oppugnant, aut in aperta scelera ruunt,
conf. Act. VII. 2. 1. Cor. III. 1. 3. sq. 2. Joh. V. 9. 1. Cor.
V. 11. Act. XIX. 9. †

5. Na-